



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXXI. Reges Austri contra Papam pugnaturi non sunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Non sum-
nium de
rege Austri
& Aquilo-
nis.

Hic audimus impietatem hanc ad finem vergere, nam ex-
pressum textu verbi (finis) mentio fit. In tali fine ita ene-
niet, ait Textus: Rex Austri adversus regem Aquilonis
preliabitur, apud illud praelium mira videre licebit, qui finis
futurus sit.

Hic ante omnia interrogabis, quoniam duo illi reges, qui
adversus se invicem preliaturi sunt, & si quis forsitan re-
gem Austri, Ptolemeum regem Aegypti suspicaretur, & Re-
gem Aquilonis Antiochum Epiphanem Syria regem, quorum
superiori capite mentio facta est, dicit tamen Angelus Pro-
pheta consignatos esse sermones, idcirco intelligi non potuit,
quinam hi reges. Postquam vero impleta fuerint prophetiae,
& praelium peractum, tunc apparebit unde oriatur & qua
de causa accidat.

Nunc vero Dominus Deus Christianos homines excitavit,
qui subinde immoderato Papa fastui se opponerent, & homi-
nibus aliqua ratione monstrarent, quid de ipso sentiendum,
& ita illum opprimerent. Exempli causa, cum Pontifex Bo-
nifacius Octavius omnino superbiret, ut se Dominum totius
mundi appellaret, tam in spiritualibus quam temporalibus,
& sic toti mundo imperare vellet, Christus Dominus exci-
tauit Philippum regem Franciae occidentalis, qui anno millesi-
mo trecentesimo tertio, Papam Anconae ita obruebat, capti-
vum ducebat, itaque ipsum depreliabatur, ut parvo inter-
iecto tempore emoreretur, de quo postea scribebatur diceba-
turque: Intravit ut vulpes, regnavit ut leo, mortuus est ut
canis. Forte fuisse spiritum efflavit.

Viginti circiter annis post hunc Ioannes Papa huius nomi-
nis vigesimus secundus per literas publicas ob nimiam avari-
tiam depositus est a pontificatu; Ioannes nominis huius vi-
gesimus tertius anno 1415. variarum nequitiarum ergo a se-
de sua deturbatus est. Postmodum etiam Papa in Concilio
Constantiensi haud levis ictus inflicus est per Martyrem Io-
hannem Hufi.

Omnium gravisimum subiit Papa per Doctorem Marti-
num Lutherum ante annos centum qui contra ipsum concio-
natus est, & scripsit, ut integra iam regna & nationes ab ipso
secesserint. Omnia ea, omnem doctrinam & scripta, quibus
Papa manifestatus est, ictum lethalem accepit, ut cadere coe-
perit, Christus Dominus effecit, homines ad id efficiendum ordi-
navit, excusavit. Quocirca Christus Dominus est rex o-
rientis, qui Papa Mausim missa, ictum intulit. Nam Chri-
stus Dominus Sol est Iustitiae oriens ex alto, & lux vera qua
illuminat universum mundum. Ex adverso rex Aquilonis
qui adversus eum preliatur, ipse Papa esse debet, nam nemo
splendori lucidaeque aurore sese opponit, nisi solus Papa, quod
experientia testatum facit, quod ipse ejusque curribus, &
navibus terra marique irruerit omnes sibi adversarios per-
dere conatus, imo quam plurimos enecavit. Quod autem rex
Aquilonis dictus sit, ideo fit, quia versus Aquilonem tenebrae
sunt, & ipse spiritualibus tenebris offuscatus est, a Deo tene-
brarum diabolo agitur. Et hic finis est Papae, incipiet ca-
dere sed vehementer rebellabit, & in terra incluta multos
enecabit.

§. 2. Nos verba exponamus, deinde prophetiam
& tempora perquiramus.

Circa fine
praelium
hoc erit.

Primo. In tempore praefinito, בעתה בעתה Beghedketz,
in tempore finis, כי עתה תהיה. Circum finem tem-
poris, cum iam prope futurum est ne sit tempus am-
plius, Vatablus etiam tempore praefinito, quod est
perinde ac si dicat, in tempore a Deo statuto.

Praeliabitur adversus eum rex Austri. ויגבה עמו מלך
הנגב Vaithgabbach ghimmo melch hannegeb, ויגבה
עמו מלך הנגב. Cornu petet eum rex Austri,
neque enim regum quamvis exercitibus magnis
praeliantium rixas plures facit Deus, quam tauro-
rum depugnantium.

Violenter
agit rex A-
quilonis.

Et quasi tempestas veniet contra eum rex Aquilonis, in cur-
ribus, & in equis, & in classe magna, & ingreditur in
terras, & conteret, & pertransiet. Hebraeus וישתח
vaisithaghar, 70. שחח וישתח, Hebraum est horri-
pillare, mouere, stupere, turbinare, שחח Schaghar

pro 70 positum putant, quod est de gere inflar tempe-
statu, Graeci vertere solent καταπιεσσει, καταπιεσσει,
καταπιεσσει, Vide Ier. 23. vbi καταπιεσσει 19. Zach. 9. 14.
סאל, Job. 38. 1. אלא-א. Isa. 29. 6. Psal. 148. 8. רעפון.
Psal. 54. 8. καταπιεσσει. Magna igitur violentia rex A-
quilonis ingreditur, & omnia diruet. Nunc qui sint
illi reges, quamque certa sit fides horum videamus, qui
haec omnia de pontifice certo asserunt, & ludentes a-
nigmatibus, atque allegoriis mundum conturbant.

Aenigma-
tu lufibus
mundum
conturbant
ministri.

§. 3. D. Hieronymus circa consummationem ait,
fore decem reges, qui orbem inter se diuidant, eorum tres ab
Antichristo occidendos, Aegypti, Africae, Aethiopiae, reliquos
deinde se illi permitturos. Ministri clamant Papam ista
fecisse, nos negamus, & contra dicimus. Papa non
est rex Aquilonis, non intruit in regem Austri, non fe-
cit illa, quae hic scribuntur, non igitur Papa est Anti-
christus. Lutherus illa allegorice interpretatur, ut
iam ex eo Laurentij. Sed quia hoc ridiculum est, de-
inde textui contrarium, ceteros puduit. Denique
ex tam inconcinnis allegoriis nihil in dogmatibus
concluditur. Repugnare textui ostendo: Reges
veros Perfidis nominat vers. secundo, & tertio &
versu quinto, & sexto. Sunt quoque Reges Austri,
& Aquilonis, in omnibus pene versibus, nominatur
& Aegyptus vers. octavo, & decimo septimo. Nec
vlli venit in mentem ut aliter intelligat Regem Au-
stri, quam Aegypti, & regem Aquilonis, quam regem
Syriae. Hic igitur in eadem significatione manen-
dum est, ut veri Reges sint, alter Aegypti, alter Syriae,
qui inter se pugnant.

Rex Austri
hic est rex
Aegypti.

Itaque tam pueriles nugas pertasi Iunius Tremel-
lius, Abbatus, Brugithonus, Sutliuius, Danaeus, o-
mnino negant in Daniele quicquam agi de Anti-
christo, omnia haec ad Antiochi, Phylconis, & Phi-
lometoris bella pertinere, cur igitur alii operosissi-
me de Antichristo haec & Papa producant, atque ad
suum institutum torquent?

Hoc argu-
mento ducti
Caluimiani
negant in
Daniele
quicquam
agi de An-
tichristo.

§. 4. Obiiciunt Lutherani, Edom, Ammon, Moab,
effugient Antichristi tyrannidem, sed non sunt nunc illa gen-
tes, ergo allegorice intelligenda sunt. Sed eodem ante-
cedente Calvinista diuersum concludunt: Non
sunt nunc illa gentes: non igitur nunc est ille quem effugient:
non igitur de Christianis temporibus, sed Antiochianis agi-
tur. Hi posteriores nihil contra Pontificem ex Da-
niele proponunt. Priores vero vehementer errant:
nam ratione locorum ita vocantur, quamvis gen-
tes magna ex parte desierint. Nam inter tot migra-
tiones, migrationes, interneciones gentium, non po-
test facile statui de vllius nationis certis initiis, ne-
que enim nunc vlllo loco puto esse αὐτοχθόνας, nisi
forte in occidentali, reconditissimaque India. Ne-
que vero iam tempore Antiochi gentium earum re-
gna supererant, sed sparsae reliquiae, Dauid Ammo-
nitas excidit, secundo Reg. vndecimo, duodeci-
mo, vigesimo tertio. Ptolemaeus Philadelphus Rab-
ba occupavit, & Philadelphiam dixit. Sophoniae
quidem c. secundo vers. 8. Moab ut Sodoma erit, &
filii Ammon quasi Gomorrha, Superfuerunt tamen ca-
ptiuitati, secundo Eldrae cap. nono. Nam cum Israe-
litis miscebant connubia. Fuerunt & filii Ammon 1.
Macc. quinto, v. sexto. Et transiit ad filios Ammon,
Superfunt & Moabitides 2. Eldrae cap. 13. 23. Quin
& 2. Macc. 10. 16. nominantur munitiones Idumaeo-
rum, & Herodes Magnus Idumaeus fuit. Gentes i-
taque illae numerosissimae non ita deletae sunt, ut non
reliquiae in eisdem locis permanerint, hodieque su-
perfunt, quae Antichristi saeuiriem euadent, montium
credo, & latebrarum beneficio.

Post capti-
uitatem re-
liquiae Mo-
ab, & Am-
mon & E-
dom fuere.

§. 5. Denique iam vanum est, quod mysterium Edom nunc est
in nomine fingatur, ut sint electi, qui semper typum typus mar-
gesserunt reproborum. Ipse Edom certe non ita di-
ctus est, ob martyrium, sed ex profana coctionis rufus, sic

nec draco
rufus in A-
pocalypsi.
Edom est
typus repro-
batorum.

rufæ appetitione. Ammonitæ quoque & Moabitæ propter nominis incestam originem non ideo debent inter sanctos numerari. Quia semper hostes populi Dei fuerunt, & à Deo maledicti Deut. 23. 3. Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt in Ecclesiam Domini in æternum. Inuitio- sum itaque est, ex alicuius grammatica, seu Cabali- stica interpretatione omnes Catholicos reges cum Pontifice & Episcopis Antichristianismi damnari, propter Enthusiastiam Edom, Moab, Ammon in- terpretationem.

Contradi-
cunt sibi si-
gmenta.

Denique non coherent sibi, ne hæc quidem tam insulsa figmenta. Quomodo enim martyres eua- dunt eam persecutionem, cuius hoc loco mentio- nem Daniel facit? Nam de curribus, equitibus, clas- sibus loquitur, hæc mala euadent illæ gentes, at mar- tyres exercitibus, & classibus Antichristi opprimen- tur. Multo minus hoc conuenit. Et introibit in ter- ram gloriosam, & multi corrunt. In Hebræo dicitur terra, *אֶרֶץ חַיִּים* 70. *חַיִּים* & *חַיִּים*, vel *חַיִּים* & *חַיִּים* vocant. Scholia Græca interpretantur *τὴν γῆν τῆς αἰδιότητος*; ἀπό- γοι *τῆς αἰδιότητος*, cap. 8. 9. vocatur terra glo- riosa, ubi 70. vertunt *δύο* occidentem, accommo- date, quia egressum est cornu contra meridiem, & orientem & fortitudinem, vt noster vertit. Roma- na editio 70. habet, *αὐτὸς τὸν νότον, καὶ αὐτὸς τὴν δύνα- μιν* ad austrum & ad virtutem. Versu 16. huius ca- pitis: Et stabit in terra inclita. Hieronymus testis est septuaginta vertisse, *terram voluntatis*. Scholia Græ- ca ita in hunc locum habent. *Ἀντιόχῳ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, αὐτὴ γὰρ εἶπε τὸν νότον ἰσχυρῶς τῆς αἰδιότητος, δόξης, δυνάμεως, τῶν γὰρ ἑκαστὸν τὸ αὐτὸ ἐρμηνεύεται.* Ita altera lectio, quæ est apud Theodoretum *αὐτὸς αὐτὸς*, hinc corrigenda est.

Terra sebi,
vel saba vel
gloriosa.

Iudæa terra
Dei volun-
tatis.

Hæc terra Iudæa est, non Roma, historiam ita scribit Iosephus. Postea vero expugnatis in Syria ab An- tiocho urbibus, & Samaria, Iudæi se sponte illi dederunt, & vrbe excepta toti exercitui, & elephantis abunde omnia suppeditarunt, & oppugnantem relicto à Scopa præfidiarios adiunxerunt. Itaque cum Pontifex in Iudæa non fte- terit, non potest hoc illi tribui: nam quod quidam ad sacram expeditionem ista retulerunt, admodum impium est, & in optimos principes contumelio- sum, qui è manibus sæuissimi tyranni terram san- ctam eripuerunt.

CAPVT XXXII.

Pontifex non est collocaturus tabernaculum
inter duo maria, & capturus Egy-
ptum.

§. I. PROPHEBAT in huncmodum Daniel: Et mittet manum suam in terras, & terra Egypti non effugiet, & dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus preciosis Egypti; per Libyam quoque, & Æthiopiam pertransiet.

Nihil horum conuenit Pontifici, omnia autem Antichristo à Lutheranis & quibusdam Caluinianis tribuuntur, non est igitur Pontifex Antichristus. Semper est à nostris quæsitum, quando Pontifex Egyptum, Libyam, Æthiopiam occuparit, quando inter duo maria tabernaculum fixerit?

Tentoria
equestris.

Quod attinet ad dictionem Apadno, Græcus eam retinet *ἀπαδῶν*, alia *ἐπαδῶν*. Symmachus *τὴν σκηνὴν τῆς ἰπποσύνης*, & græca Scholia *τὸ ἰπποσύσιον* interpre- tantur, *τὸ ἰππικὸν σκεπτικόν*, castra equestris, regum sane comitatus equester est, & præcipua est in equita- tu potentia. Quia vero Babylone Antichristus orie- tur, hinc Daniel cum de illius aula, castris domesticis loquitur vti dictione Babylonica voluit. Frequens est in Thalmudistis eadem vox. Bruchthonus id fa-

ctum ab Antiocho vult, cum profecturus in Persidem Lyfiæ filium, & excidium Iudeorum commendauit.

§. 2. Vbi autem figet? In monte sancto, inter duo maria. Quem montem sanctum Daniel diceret, nisi quem omnes Iudæi intelligerent, montem sanctum, montem Sion, inter mare Tiberiadis, & mare Phœ- nicium. Non venit eo Pontifex.

Qui dicunt significari Ecclesiam nunquam expli- cabunt, cur inter duo maria ponatur, cum toto orbe sparsa sit. Verum, de his vide Bellarm. l. 3. c. 13. & eius defenforem Iacobum Gretserum.

CAPVT XXXIII.

Bestiæ Apocalyptrice c. 13. ad Pontificem non
pertinent.

§. I. MAGNA pars Florum Flaminiorum insu- mitur in capite 13. & 17. & 18. Apocalypseos exponendo. Nam Papa ait datum os loquens ingentia. Papa tribuit charactrem, numerum nominis, mulierem esse Romanam Ecclesiam, septem montes esse Romanos colles. Summa, omnia infanda esse Romana. Occur- rendum est maledico conuitiatori, & hoc loco etiam ostendenda est, supra omnem retro seculorum mali- gnitatem, calumnia.

Vide de in-
cremento
harefcon.

§. 2. Duplex est Apoc. 13. Bestia, prima sepriceps, decicornis, altera adiutrix primæ, & assentatrix bi- cornis. Mihi probandū est nec Decicornem esse no- strum Imperatorem, nec Bicornem esse Pontificem.

§. 3. Primo. Imperator non est Bestia Decicornis, Nam Apoc. 13. v. 2. dicitur. Et dedit illi Draco virtutem & potestatem suam magnam, & vt quædam græca ad- dunt: *καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, & θρόνον suum.* At non de- dit Imperatori nostro Draco, hoc est Sathan virtu- tem *δύναμιν*, sed Respublica, sed Electorum Reue- rendissimum, & Serenissimum Collegium. Nam & aduersæ Religionis Principes Sacrosanctum Roma- num imperium vocant. Graferus quidem necessario affligi ab eo Ecclesiam, & plenitudinem Diabolismi in eo habi- tare asseuerat. Sed portentosa conuitiandi malignita- te, quem etiam Serenissimus Angliæ Rex abunde re- futat, cum suis Imperatorem titulis appellat. Et anno 1614. liber de vnione & Synodo Euangelicorum Heidelbergæ editus subscriptum habet. Cum gratia & priuilegio S. R. Imperii Vicarii. Falsum ergo quod Aretius ait: Diabolus affinxit sua ornamenta imperio. Ratio- nem claudio, & principibus considerandum, quo illa tendant, relinquo.

Seditiosa
scripta Cal-
uinianorum
imperium
diabolo ad-
scribunt.

§. 4. Secundo. v. 3. Et vidi vnum de capitibus eius quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est: & admi- rata est vnuerſa terra post Bestiam, & adorauerunt Draco- nem, qui dedit potestatem Bestiæ, & adorauerunt bestiam, di- centes: Quis similis est bestiæ? Hæc in imperio non fiunt, non igitur est imperium illa bestia. Aretius tamen occisum caput ait fuisse in Iulio Cæsare, vel Nerone, vel aliis Imperatoribus, à Longobardis, vel à Turca victis, restitutum à Vespasiano, vel Antonino, vel Carolo Magno. Impia expositio, & sese euertens. Non enim adoratus diabolus in imperio, nec Impe- rator, ob mortuum aliquem Cæsarem, & restitutum imperium. Theodosius Magnus, Carolus, Otho- nes, alii eodem crimine tenerentur.

Magno cri-
mine omnes
Imperato-
res accu-
santur à
Caluinia-
nis.

§. 5. Tertio. v. 8. Et adorauerunt eam omnes qui inha- bitant terram. At non omnes adorant Imperatorem, non igitur ille est bestia. Quantæ enim terræ, & reges sceptro Romano liberæ & sunt, & semper fuerunt? quorata- ma à Persis, Gothis, Hunnis, Wandalis, Longobar- dis, Nortmannis, Saracenis, Turcis imperium affli- xerunt, profecto quod tanto furore oppugnant, ex parte obtinuerunt, non adorant?

Nō adorat
imperato-
rem vni-
uersa terra.

§. 6. Quarto: In toto hoc genere conuitiandi fœ- de inter se dissident, Illyricus aliiq; cum Imperio Ro- mano